



[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words are difficult to discern but appear to be in a Cyrillic script.]

31

КЕЦЛОК АСМДЕМІАЕ
ГІБІЕІСІІ
ТОТІІ

7.



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.




Non sine causa quæ sacri, quæ profani scriptores de miseria vite humane gravissimè conqueruntur, in primis verò de morborum tam variis generibus, & innumeris compendiis mortis, quod nihil usquam tuti sit, immò quod non raro medio de fonte leporum surgat amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. Hujus verò fatalis miserie exempla etsi in conspectu sunt omnium, & quotidie oculis nostris obversantur, ut meritò temerariis quibusdam aut oscitantibus in hac rerum nocte somnus excutiat, & immortalitatis memoria inculcetur; minus tamen ferire ea & commovere animos hominum, sed plerosquè magis, in hac præsertim propè acta jam ætate decursaque rerum omnium humanarum, talpà caciores in diem vivere, nec horam mortis dubiam & incertam suo loco pensi habere, ipsa equidem experientia, rerum magistra satis locuples, planissimè suffragatur. Verum enim verò uti viator de rectitudine & facilitate viae suae parùm sollicitus, ad locum destinatum difficulter vel omninò non progreditur: Sic profectò mundi hujus incola, ad eum, quem salus sibi humana propositum habet scopum, vix ac ne vix quidem pertinget, si non certus ille sit de principio vite suae piè & feliciter transigende, eumquè deinceps cursum perpetuo tenuerit, qui ad metam salutis & beatitudinis aeternae proximè ferat & deducat. Quare ij demum vite suae rectissimè consulunt, qui subductis humanarum miseriarum calculis, & si quid præter illas latitiæ interdum & voluptatis momentanea aspergatur, fixam sibi sedem in hoc universo minimè pollicentur, sed superna spectantes, ita solum vite suae trahant & tractent, quò pio & saluari illius transcursum ad mortem, quando cunque visum fuerit vite & mortis Domino, contingant beatiorem, perque hanc in alteram illam vitam, felicitate perpetua circumfluentem, duce Christo & hospitore suo ^{duces & dō}, transferantur. Hac enim unica & summa Christianorum omnium virtus est, benè vivere & benè mori; quorum hoc absquè isto minimè consequuntur illi; illud autem infallibiliter secum posterius hoc adducit. Ad eundem verò modum, à prima adolescentia, delineavit vitam suam, Vir juvenis ornatisissimus, Dn. T O B I A S Firsiinger / Lipsiensis, J. U. Candidatus, cujus votum fuisse piùm hoc, de quo dictum, significatum Nobis est, ut benè ille viveret, & tandem, vocante DEO, piè moreretur. Voto respondit eventus, & subductus ille ex conversatione oculisque suorum, in alteram illam vitam beatisissimam transiit, consopitus placidissimè, & cum Christo Redemptore suo conjunctus, fruitur nunc beatitudine caelesti, cum omnibus sanctis in aeternum. Is natus fuit Lipsiæ, anno supra millesimum, quingentesimum, nonagesimo octavo, die M. Martii decimo quinto, à parentibus loci hujus honestis, patre Dn. ZACHARIA Firsiinger / Civis & Mercatore quondam industrio & primario, qui hunc filium suum posthumum reliquit, mortuus anno præcedenti, nonagesimo septimo, supra millesimum, quingentesimum, M. Augusto. Mater verò, quæ adhuc in vivis, est femina honestissima MAGDALENA, uxor Dn. MOISIS Polmans / Civis & Negotiatoris in hac Urbe præcipui, quæ, intra semestre spatium, spectavit funera duorum filiorum acerba, non absquè ingenti animi consternatione & perturbatione gravi. Cum verò mater hac piè denati post prioris mariti obitum inopinatum, Deo ita disponente, matrimonium redintegrasset, conjuncta connubio prædicti viri sui secundi, Dn. MOISIS Polmans / nofter in Domino demortuus à prima pueritia sua ad scholas, tanq. officinas pietatis & literarum publicè privatimquè adhibitus, inq. ludo ad D. Nicol. educatus fuit, ad annum usquè ætatis suæ decimum septimum, accedente institutione privata, quam ille sumpt. vitrici sui, viri boni, habuit à præceptoribus industriis, eorumquè disciplina usus diligenti, tantum profecit in studiis pietatis, literarum & arium, ut anno supra millesimum, sexcentessimum, decimo quinto, cum ceteris sui equalibus, primos in Philosophiâ honores præstaverit, eosdemquè publica auctoritate acceperit à Communitate artium in hac Academia laudatissima. Etsi verò eas in studiis Philosophicis piè defunctus fecerat progressiones, ut, ad consequendam supremam in Philosophiâ lauream, satis sibi videretur instructus à subsidiis, ad Magisterium spectantibus; qui a tamen singulari studio disciplinarum Politicarum, & quæ illarum soboles est, Juris prudentiæ flagrabat, non contemptu quodam Philosophiæ, cui unice deditus erat, sed amore erga studium Juris amplissimum impulsus, animum adjectis studiis politicis, & quibus hac augeri & confirmari solent mirificè, peregrinationibus, eamquè ob causam postea à Magisterii honoribus petendis abstinuit. Primum igitur excurrit in Hollandiam, anno supra millesimum, sexcentessimum, vigesimo, ubi ad semestre tempus Lugduni substitit, & per occasionem finitimas obiens regiones, præcipua in illis loca & ornamenta provincialia perlustravit. De hinc in Angliam profectus, Londinii permansit Menses tres. Postea secessit in Galliam & Lutetiæ Parisiorum, addiscende lingue gratia, commoratus est aliquamdiu; sed paulo post Aureliam venit, & eum se versit erga Nationales suos, ut Procurator totius Nationis Germanicæ constitutus fuerit ab universis, nemine prorsus dissentiente. Tandem reversus Lipsiam, die decimo quinto M. Aprilis, anni supra millesimum, sexcentessimum, vigesimi tertii, totus hæctenus in studio Juris amplissimo fuit, & ob præclaros profectus, quos in eo fecerat, proposuit sibi in hac Academia vel alibi etiam, supremos ambire honores. Idquè proculdubio factum ab eo, circa æquinoctium autumnale futurum, si ad id tempus usque super vixisset. Quod ad reliquam ^{re manas} vitam attinet, id ipsi à parentibus singulariter tribuitur, quod a primis annis Christianæ pietatis & religionis sinceræ studiosissimus fuerit, operas vocationis suæ diligenter & assiduè obierit, & debita reverentiâ & observantiâ superiores coluerit, erga ceteros honorificus, familiaris & obsequiosus, non vero morosus, difficilis aut molestus. Præterea verbum DEI sacrosanctum, in sacris conventibus Ecclesiasticis frequenter auscultavit, & quotannis cæna Dominica crebrius usus est; id quod idem fecit diebus abhinc quatuordecim, in totius Ecclesiæ congregatione, cum parentibus suis carissimis. Factum est autem postridie Johann. ut male se habere ceperit, primitus inflatione aliqua ventriculi superveniente, quam deinde statim, febris insecta est ardentissima, præter omnem quidem spem & expectationem, & tantâ ab initio vehementiâ, ut in primo quasi paroxismo, mortem, usu lingue jam intercidente, minitari videretur. Quanquam verò postea mitior aliquantò factus erat morbi insultus; nova tamen istius tentationes die abhinc sexto & sequentibus accesserunt, nihil prorsus medicationibus præclaris & exquisitis, quæ ex consiliis Medicorum aderant, proficientibus, ut ex eo tempore facile animadverteret piè denatus, instare sibi horam mortis decretoriam, ad quam proinde precibus assiduè & meditationibus piis se preparavit, assumpto denuò viatico saluberrimo sanctissimi Corporis & sanguinis Jesu Christi; & dehinc beatam analysin expetiit suspiriis ardentissimis, quam & impetravit vera & constanti fide, proximo die Martis, post undecimam meridianam, anno ætatis suæ vigesimo septimo, & quod excessit. Anima ^{re manas} est ^{re manas}; corpus verò exanime hodie, post tertiam pomeridianam, ad sepulturam efferetur. Quo tempore ut Civis Academici præsto sint, & cum Prorectore nostro Magnifico, ceterisque viris clarissimis & humanissimis, funus prosequantur, volumus & monemus, Erit hoc officium humanitatis plenum, non solum Ordini nostro Academico honorificum, sed & piè defuncti parentibus, totique familiæ honestissimæ gratum & acceptum. PP. VII. M. Julii, Anno Christi M. DC. XXV.

LIPSIÆ, Typis exscribat GEORGIUS LIGER.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]





RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Non sine causa quâ sacri, quâ profani scriptores de miseria vite humanæ gravissimè conqueruntur, imprimis verò de morborum tam varis generibus, & innumeris compendis mortis, quod nihil usquam tuti sit, immò quod non raro medio de fonte leporum surgat amari aliquid, quod in ipsis floribus angat. Huius verò fatalis miserie exempla est in conspectu sunt omnium, & quotidie oculis nostris obversantur, ut meritò temerariis quibusdam aut oscitantibus in hac rerum nocte somnus excutiat, & immortalitatis memoria inculcetur; minus tamen ferire ea & commovere animos hominum, sed plerosquè magis, in hac presertim propè acta jam aetate decursaque rerum omnium humanarum, a eadem experientia, & sue parùm sollicitus, sibi humana propositum, & deinceps cursum, & ceteris consulant, qui utitur, fixam sibi sedem, & transcursum ad mortem, & felicitate perpetua circumnum virtus est, benè adducit. Ad eundem

verò modum, à prima adolescentiâ, delineavit vitam suam, Vir juvenis ornatisimus, Dn. T O B I A S F i n s i n g e r / Lipsiensis, J. U. Candidatus, cuius votum fuisse piùm hoc, de quo dictum, significatum Nobis est, ut benè ille viveret, & tandem, vocante DEO, piè moreretur. Voto respondit eventus, & subductus ille ex conversatione oculisquè suorum, in alteram illam vitam beatissimam transit, consopitus placidissimè, & cum Christo Redemptore suo conjunctus, fruitur nunc beatitudine celesti, cum omnibus sanctis in sternum. Is natus fuit Lipfæ, anno supra millesimum, quingentesimum, nonagesimo octavo, die M. Martii decimo quinto, à parentibus loci huius honestis, patre Dn. ZACHARIA F i n s i n g e r / Cive & Mercatore quondam industrio & primario, qui hunc filium suum posthumum reliquit, mortuus anno procedenti, nonagesimo septimo, supra millesimum quingentesimum, M. Augusto. Mater verò, que adhuc in vivis, est femina honestissima MAGDALENA, vxor Dn. MOISIS Polmans / Civis & Negotiatoris in hac Urbe precipui, que, intra semestre spatium, spectavit funera duorum filiorum acerba, non absquè ingenti animi consternatione & perturbatione gravi. Cum verò mater hac piè denati post prioris mariti obitum inopinatum, Deo ita disponente, matrimonium redintegrasset, conjuncta a connubio predicti viri sui secundi, Dn. MOISIS Polmans / noster in Domino demortuus à prima pueritia sua ad scholas, tanq. officinas pietatis & literarum publicè privatimquè adhibitus, in què ludo ad D. Nicol. educatus fuit, ad annum usquè stans sua decimum septimum, accedente institutione privata, quam ille sumptibus vitrici sui, viri boni, habuit à preceptoribus industriis, eorumquè disciplina usus diligentissimè, tantum profecit in studiis pietatis, literarum & artium, ut anno supra millesimum, sexcentessimum, decimo quinto, cum ceteris sui equalibus, primos in Philosophiâ bonores præfaverit, eosdemquè publicè auctoritate accepit à Communitate artium in hac Academia laudatissima. Etsi verò eas in studiis Philosophicis piè defunctus fecerat progressiones, ut, ad consequendam supremam in Philosophiâ lauream, satis sibi videretur instructus à sub-

